

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Adiutorium a
cum fonte primo

Homines

omnes eque diligendi sunt,
sed si omnibus prodesse non possis,
hiis potissimum subueniendum est
qui pro locorum et temporum uel
quarumlibet rerum opportunitatibus
constrictius tibi quasi quadam sorte
iunguntur.

Augustinus de doctrina Christiana libro
I.

Omnes autem aequae diligendi sunt,
sed cum omnibus prodesse non possis,
his potissimum consulendum est,
qui pro locorum et temporum uel
quarumlibet rerum opportunitatibus
constrictius tibi quasi quadam sorte
iunguntur.

Augustinus Hipponensis, *De doctrina
Christiana*, 1.28 (CCSL 32, K.D. Daur
& J. Martin eds., p.22, ll.1-4).